

1739.

1. Textell, Joannes Adamus: De superioritatis territorialis  
neque regalis iuris, dolo aut negligentia  
ministerum et officiarum principis haud  
praescribendis.

1740.

1. Textell, Joannes Adamus: De legatorum aetherorum  
in civitatibus imperii immedi. ac liberis resi-  
dentium privilegiis et iuribus, quando, qua-  
tenusque eadem iuris competent?
2. Textell, Joannes Adamus: De causis, in quibus status  
imperii in partes eunt, a jure suffragiorum majorum  
exceptis.

1741.

1. et 2. Ramo, Joannes Petrus: Subsidia interpretationis  
doctrinalis pacis religiosae et Westphalicae  
ac utriusque synopsi historica una cum subse-  
ris ex universo jure concordariis

1748

1. Baumy, Joann. Petrus: De pactis successorum  
praescriptis fidei comitum Illustrum constanti in Germania  
valore in speciali casu judiciali decreto a hunc duos 1750  
deserviendo, illustrato.

1749: Buschel, Joann. Casp. : De rebus ecclesiae non  
abimandis.

2. Sandermahter, Joann. Jacobus Josephus: De jure patronatus

substanti ex universo jure collateralis  
1750. Sandermahter Joann. Jacobus Josephus: Utrum clausula, seu tantum  
1752. Sandermahter, in Communiore successione in rebus, quae religiose et dicitur  
que religionis auctoritate, seu communi, locum habeat?

1. Sandermahter, Joann. Jacobus Josephus: De potestate jus suum

in et armis persequendi in imperio hanc permissa. . . .  
Ed. 2. 1753.

1753

1. Nager, Joann. Christianus Josephus Franciscus Ignatius: De pactis  
antecessorum a successore praestandis, vel non praestandis.

1754.

1. Nager, Joann. Christianus Josephus Franciscus Ignatius: De eo, quod  
circa observantias et statuta ecclesiarum, priorumque

corporum, municipalium, collegiorum . . . . . sacri et  
profani, publici ac privati jures est.

1758

1. Ruzgauer, Andren Trupen : No effectibus morboris  
vitali sedentaria, tem literatis, quam otiosis adeo domesticae

tes


tes

is












DISSERTATIO  
JURIDICA INAUGURALIS,  
SUPERIORITATIS

DE REBUS IUDICIALIBUS,  
ET DE NEGLIGENTIA  
IUDICUM & OFFICIALIUM PRINCIPIS

DEI GRATIA SACRAE MAJESTATIS AUSTRIACAE  
CAESARIS APOSTOLICAE MAJESTATIS  
FRANCISCAE, CLARENSI ET CONIUGUM FILII,  
IN VIENNA

D. JOANNIS ADAMI JCKSTATT,  
H. J. Doctoris, Reverendiss. & Cellis. Principis Episcopi  
Ratisberg & Wirzburg, Francie Orientalis Ducis Consilii  
Camerarii, & Abis Judo. - Friderichus Wirtembergum  
Camerarii, & Consilii Palatii & Castellani, Imperialis  
Austriacae, & Hungaricae, & Bohemicae, & Croatiae,  
Sclavoniae, & Dalmatiae, & Slavoniae, & Croatiae,  
Sclavoniae, & Dalmatiae, & Slavoniae, & Croatiae,  
Sclavoniae, & Dalmatiae, & Slavoniae, & Croatiae,

JOANNES ADAM JCKSTATT  
VINDOBONAE  
MDCCLXXXV





Gen. 6. num. 12 & C. 40. 9/16

10

# ACTUM SOLENNEM 2

QUO  
ILLUSTRISSIMUS ATQUE GENEROSISSIMUS  
DOMINUS

CAROLUS S. R. I. COMES  
DE COLLOREDO 1740, 1.

# ELEMENTA JURIS GENTIUM

CUM SUBNEXIS ASSERTIONIBUS EX JURE VARIO  
IN AULA MAJORE ACADEMICA  
ABSQUE PRÆSIDE

611 B

*Publicæ Disquisitioni expositurus est,*  
*Ad diem X. Septembris MDCCXL.*



INTIMAT,  
SIMULQUE

DE LEGATORUM EXTERORUM  
in Civitatibus Imperii Immed. ac Liberis  
Residentium

PRIVILEGIIS & JURIBUS,

*Quando, quatenusque eadem ipsis competant?*

DISSERIT

JOANNES ADAMUS ICKSTATT,  
U. J. D. Reverendis. ac Celsis. Principis Episcopi Bamberg.  
& Wirceburg. F. O. D. Consiliarius Aulic, nec non P. P. & O.  
FACULTATIS JURIDICÆ h. t. DECANUS.

WIRCEBURGI, Typis Joannis Jacobi Christophori Kleyer, Univ. Typogr.



ACTUM SOLENNITATE

REVERENDISSIMO PATRI DOMINO

CAROLO S. R. L. COMITE

DE COLLOREDO

ELEMENTA

HISTORIAE

IN SUBREXIS ASSERTIONIBUS EX IURE VALE

IN A. NATIONE ACADEMICA

ABDUCIT

IN TITULO

DE RECAFORUM EXTERIORUM

IN QUINQUE PARTIBUS IMMEDIATE LIBERIS

PRIVILEGIIS & JURIBUS

QUAE IN QUINQUE PARTIBUS IMMEDIATE LIBERIS

DE ERIT

ADAMUS IOKSTATT

ADAMUS IOKSTATT





*Q. D. B. V.*

**U**T supremarum Potestatum, Regum, Principum, atque Rerumpublicarum exterarum Legati, sub quibus Nuntios quoque S. Sedis Apostolicæ comprehendimus (a), negotiorum publicorum, Principalium suorum nomine gerendorum gratiâ in Civitatibus Imperii Liberis legatione durante commorentur, resideantque, triplici potissimum ratione contingere solet.

*A 2*

*Pri-*

---

(a) Element. Juris Gent. Lib. V. Cap. IV. §. 6. Sch. II.

*Primò*: Quando Imperator cum consensu Collegii Electoralis (a) in Civitate quâdam Imperiali indicta comitia celebrat: aut quando pacis cum Imperio R. G. concludendæ, nec non controversiarum sopiendarum causâ Civitas aliqua Imp. immediata in locum congressûs belligerantium, aliorumque, quorum interest, consensu eligitur.

*Secundò*: Quando Principes atque Respublicæ exteræ Legatos suos, aut negotiorum publicorum Administros ad ipsas Imperii Civitates, sive singulas, sive plures conjunctim sumptas, immediatè dirigunt:

*Tertiò* denique, quando Principum

---

(a) Capitular. CAROLI VI. Art. XIII.

cipum atque Rerumpublicarum Legati cum Statibus Imperii pluribus, Circulisve tractaturi, foedera, pacemque pacturi Urbem Imperialem intermediam, vicinam, & situ sibi percommodam in legationis sedem cooptant.

Quæ primo casu Civitatibus Imp. Immediatis circa receptionem, protectionem, aliaque Legatorum jura tum privilegia ac prærogativa competant, tum officia incumbant, non jam sollicitè indagare animus est; hujus namque rei disquisitio ad Jus Publicum magis, vel ad Jus saltem Gentium Imperii pertinet; atque ex penitiori statûs, & formæ Imp. notitiâ haurienda est, & sic ferè sese habere dignoscitur: ut, si Imperator &

Electores, atque pro re natâ etiam Imperium ratione loci comitorum, vel congressûs convenerint, eumque in finem, uti fieri fœvit (a), Civitatem Imperii delegerint, Legatorum tum Statuum Imperii, tum Regum atque Principum exterorum receptio, legitimatio, literarum credentialium exhibitio, reliquaque honorum, visitationis & revisitationis solemnities non ad Civitatis ampliùs, sed ad Imperatoris, Statuumque Imperii jura pertineant (b); paucis exceptis, quæ securitatem publicam, ordinem politix, jurisdictionem loci,

---

(a) Celeberr. MASCOV. *Princip. Juris Publ.* Lib. V. Cap. V. §. 6.

(b) Vid. Celeberr. GOTTL. SAM. TREUER. *de Jure Statuum Imp. circa Legatos externos in Comitibus.* Cap. 3. §. 3. STRUV. *Corp. Jur. Publ.* Cap. XXIV. §. 31. seq. KULPIS. *de Legation. Stat. Imp.* Cap. XIII. §. 14. & passim.



loci, contestationes denique honoris ac reverentiæ concernunt (a); quorum inter alia immunitas à vectigalibus, accisiis, similibusque impositionibus spectare dignoscitur (b). Queis ut fruantur Legati, qualemcunque Civitati factam notificationem, u. c. per Scribam, vel Copistam, sufficere reor, nisi legibus Imperii publicis, aut observantiâ alius adventum notificandi modus introductus (c), aut in Prælimina-

---

(a) Quâ ratione civitates municipales *Monasterium*, & *Osnabruga* tempore pacificat. Westphal. à fidei, quam Superioribus suis debebant, vinculo liberatæ, & ad æquam Legatis securitatem præstandam obstrictæ fuerint, docent Prælimin. Pacis an. 1641. <sup>12</sup>/<sub>25</sub> Decemb. *Hamburgi* conclusa apud Illustr. D. de MEIERN Act. Pacis Westph. Tom. I. pag. 8. §. 7.

(b) Capitul. CAROLI VI. Art. VIII. §. Nachdem auch die Billigkeit erfordert. KULPIS. *De Legat. Stat. Imp.* Cap. XXI. §. 7.

(c) Idem cit. l. §. 10.

minaribus pacis tractatibus definitus fuerit.

Alterum casum quod attinet: jus mittendi, atque recipiendi Legatos tam primi, quàm secundi ordinis, Liberis Imperii Civitatibus ex eodem, quo Statibus Imperii reliquis, fonte, superioritate nimirum territoriali, adscribendum venire, apud publicistas in confesso (a), ipsaque praxi multoties comprobatum est, plurimis tum exemplis, tum authoritatibus eam in rem obviis, eximiumque hocce Superioritatis effluvium firmo talo stabilientibus (b).

Quan-

(a) KULPIS, de *Legationib. Statuum Imperii*. Cap. XXIII. §. 8. STRUVE *Corp. Jur. Publ.* Cap. XXIX. §. 59. seq.

(b) PRESBEUTA de *Jure Legat. Stat. Imp.* §. 19. Celeb. SAM. TROER cit. l. Cap. I. §. 8. AUTHOR Libri an. 1709. editi: *Warum denen bey gegenwärtigem Reichs-Tag legiti-*

Quandoquidem aded Principes, nec non reliqui Imperii Proceres, quod sublimia hæcce, atque similia superioritatis territorialis jura transeuntia attinet, nisi quæ Leges Imperii aliud definiunt, solo Jure Gentium tum inter se, tum maximè, quando cum exteris res est, utantur (a); ex hac quoque, non alià scaturigine Civitatum Imperii Liberarum jura, recipiendi, tolerandique apud se Legatos Regum, Principum, ac Rerumpu-

B blica-

gimirten Reichs: Städtischen Gesandten das Prædicat Gesandten nicht zu disputiren. Plurima huc facientia exempla adducens: extat in LUNIGH *Staats: Consliis* Tom. II. p. 1672. WICQUEFORT. *L'Ambassadeur & ses fonctions* Livre I. Chap. IV. p. 39. seq. HEUTERUS. *Rerum Belgicarum* Lib. VII. Cap. II. p. 295. de Venetis: an. 1509. ad Germaniæ septemviros, liberarumque Civitates Legatos miserunt, ut apud Cæsarem pro pace interpellarent.

(a) STRUVE *Corp. Jur. Publ.* Cap. I. §. 22.

blicarum exterarum derivanda, atque dijudicanda esse liquet (a). At enim verò, si solum Jus Gentium naturale spectes, neque pacto, observantiàque aliud inter duos, pluresve populos introductum esse appareat, tam receptionem, quàm tolerantiam Legatorum juris tantummodò humani esse, exploratæ est veritatis (b); Ecquis igitur Civitates Imperii Liberas, ut Legatos externos recipiant, & intra territorii sui fines tolerant, aliter, quàm ex humanitatis lege obstrictas esse, assertum iverit? Quumque, quæ ex jure solum humano debentur, ab eo, quem præstare eadem

(a) *Element. J. Gent. Lib. I. Cap. I. §. 1. Schol. II.*

(b) *Ibid. Lib. V. Cap. IV. §. 9. Coroll. II.*

eadem nobis volumus, comiter requirenda sint (a); neque excipi, honorari, tractarique ut Legatus possit, nisi, qui exhibitis literis credentialibus characteris repræsentatitii, legationisque fidem fecerit (b): quis, obsecro! Reges, Principes, atque Respublicas exterarum Legatos suos ad Civitates Imperii liberas ablegaturas, ut suos hosce repræsentantes literis credentialibus instruant, utque, quæ huc pertinent officia humanitatis comiter requirant, non perinde teneri, cum minimo Juris Gentium colore defendere poterit? Omnis inde Legatis, quæ talibus, exhiben-

B 2

dus

---

(a) Ibid. Lib. II. Cap. V. §. 34.

(b) Ibid. Lib. V. Cap. IV. §. 21. & Coroll. I.

dus honos, omnis humanitatis  
 præstatio repetenda venit: jure  
 ut denegentur, quæ absque fidei  
 publicæ literis, aut sine præcedente  
 humanâ requisitione à populo ex-  
 tero veluti officia necessitatis petun-  
 tur (a): Atque simili prorsus ratione  
 de juribus Legatorum recipiendos  
 tolerandorumque judican-  
 dum esse, cum planum sit ac per-  
 spicuum, *casum nunc tertium* pau-  
 cis examinare lubet.

Pone itaque Legatum Potentiæ  
 exteræ in Civitatem Imperii libe-  
 ram commorationis suæ sedem  
 transferre: non, ut Principalis,  
 seu

(a) Confer. WICQUEFORT. *L' Ambassad. & ses fonctions.*  
 Chap. XV. & XVII. KNIPSCH. *de Jurib. & Privileg. Ci-*  
*vitat. Imp. liberarum* Lib. II. Cap. 23. §. 22. BECHT. *de*  
*securitate.* concl. 18.

feu mittentis nomine publica cum eadem negotia tractet, aut Legationis penes eandem munus obeat, sed eam solum ob causam, ut, quæ cum Principibus & Statibus aliis vicinis sive Ecclesiastici, sive Sæcularis Ordinis, aut cum integris etiam Circulis agenda ipsi concredita sunt, in loco isto intermedio eò promptiùs, atque commodiùs ad exitum perducere valeat; qualismodi Legati Potentiarum exterarum Coloniae subin, nec non Hamburgi, Francofurti, & Augustæ Vindelicorum residere solent.

Num hoc quoque casu Civitatibus Imperii Immediatis Legatos recipere, aut non recipere integrum erit? An, ut receptis, intra-

B 3

que

que territorii fines admissis officia  
humanitatis, nec non honores,  
jura & privilegia characteri repræ-  
sentatio debita præstentur, exhi-  
beanturque, hîc quoque Civitates  
Imperii liberæ à mittente, qualis-  
cunque sit ordinis, aut dignitatis,  
requirendæ, aut speciales fidei, seu  
credentiales literæ ad easdem diri-  
gendæ erunt? An verò humilis  
usque ad eò, tenuisque Civitatum  
Imperii Liberarum fors, atque  
conditio æstimanda erit, ut exte-  
riorum Regum, Principum, atque  
Rerumpublicarum Legatis ad tem-  
pus aliquod apud se, intraque ter-  
ritorium suum commoraturis ad  
nudam, horum notificationem  
privatam, aut ad promissionem  
lite-



literarum requisitorialium à Secretario Statûs intimo exarandarum, absque requisitione humanâ ab ipso mittente factâ, citraque peculiâres credentiâ literas, civitatibus consignatas, tum receptionum solemnâ exhibenda, tum & reliqua Legatorum Characteri debita jura, immunitates, exemptiones & privilegia impertienda sint? Neutiquam. Et, quominûs in hanc opinionem descendam, rationes me cohibent gravissimâ. Priori itaque calculum appono meum, eademque hîc Civitatibus Imp. Liberis, quâ Principibus & Statibus Imperii reliquis, jura esse, intrepidè, reique veritate confisus adfirmo, statuoque.

Gau-

Gaudent, quod supra jam innui, Civitates Imperii Liberae indubio territorii jure, cum omnibus ejusdem effectibus (a), quales Legibus Imperii publicis, observantiaque Statibus Imp. reliquis competere dignoscuntur. Recipiendi itaque, tolerandi, protegendique intra territorii fines, quos velint, nec non advenis & peregrinis apud se commorantibus officia humanitatis ad nutum exhibendi, & prohibitu honoribus afficiendi, immunitates indulgendi, similiaque privilegia concedendi facultas, dubia iisdem, & anceps reddi nequit,

---

(a) Instrum. Pacis Osnab. Art. VIII. §. 4. *in universilibus vero.*

nequit (a); Et licet, quoad Legatos Imperatoris, tanquam Capitis Majestatici, & Superioris, nec non Legatos Statuum Imp. in comitiis, & in genere in congressibus pacificatoriis quoad Legatos quoscunque, Principum etiam & Rerum-publicarum exterarum, juxta dicta ad casum primum, aliud obtineat: solida tamen nulla comparet ratio, cur extra similes congressus, extraque comitia exceptio admitti, atque Legatis exteris veluti ex jure necessitatis, & per modum servitutis Juris Gentium (b) receptionum

C num

---

(a) STRUVE *Corp. J. Publ.* Cap. XXII. §. 29. Item Cap. XXIX. §. 23. & 24. HEILBRONNER, *de Superioritate Civitatum Imperialium.* SCHWEDER, *de pari nexu civitatum Imp. Lib. cum Imp.* p. tot.

(b) *Element. Juris Gent.* Lib. III. Cap. II. §. 19.

num solemnia, immunitates, & privilegia characteri repræsentatio debita exhiberi, concedique debeant, citra quod Reges, Principes aut Respublicæ exteræ ad requisitionem humanam immediatè faciendam, aut ad characterem repræsentatitium Legati sui, mediantibus peculiaribus credentiæ literis, Civitatibus Imp. liberis intimandum obstrictas sese existiment.

Si subjectitius erga Imperatorem & Imperium nexus priori casu exceptionem pariat, eadem ad Gentes exteræ ab Imperio independentes haud pertinet: utpote intuitu quarum, nisi quæ leges, salusque Imperii publica obstant, perinde pro populis liberis, & rebus publicis

blicis

blicis independentibus habendæ sunt, iisdem proin juribus quoque ac privilegiis gavifuræ.

Quodsi itaque Principes ac Republicæ exteræ Legatos suos in Civitatibus Imperii liberis, sub tutelâ, protectioneque Magistratûs peculiari tutos commorari velint; quodsi ut Legatos eisdem honorari, atque characteri repræsentatio debitis privilegiis, exemptionibus & immunitatibus ornari hosce suos administratos anhelent, ab ipsis Principalibus, seu mittentibus requisitoriales ad Magistratum dandas, aut, quod pro re natâ consultiûs judico, peculiare credentiæ literas ad civitatem liberam, ubi Legati comoraturi sunt, directas, huic con-

C 2 signan-

signandas esse, nemo dubitat; Cumque in campo Juris Gentium, consequenter inter republicas, civitatesque suo modo æquales, versemur: requisitionem à nudo Statûs Administrato, aut ab ipso etiam Legato, qui eatenus, & quoad Republicas, ad quas missus haud fuit, præcipuè quantum ad solemnia, & exemptionis privilegia eidem impertienda attinet, pro privato habendus est (a), factam haud sufficere, pronum est ad colligendum; ab ipso principali eadem, perinde, ut

---

(a) BYNKERSHOEK. *de Judice Compet. Legatorum. Cap. IX. §. 7.* Gall. vers. ibi: "c'est une maxime communement reconnuë, que les droits & les privileges des Ambassades n'ont lieu qu'entre le Prince, qui envoie des Ambassadeurs, & celui à qui il les envoie, en sorte, que par rapport à toute autre ils ne sont, que simples particuliers," pluribus idem Exemplis illustrans.

ut credentiales literæ, promanet,  
neceſſe eſt, ſiquidem Statuum,  
conſequenter Civitatum quoque  
Imperii Liberarum Superioritas:  
ſiquidem, quæ ipſis circa belli &  
paciſ, nec non foederum & Lega-  
torum negotia Gentium libera-  
rum jura competunt: ſiquidem  
denique ipſius Imperii dignitas,  
ſplendor, & majeſtas integra, ſal-  
va atque illibata conſiſtere debeat.  
Ecquis enim Majeſtaticis totius  
Imperii juribus, Summitati ac in-  
dependentiæ non inſigne vulnus  
inſligi, graveque inferri præjudi-  
cium haud exiſtimet, ſi intra fines,  
ac limites ejusdem Potentiæ ex-  
teræ Legatis ſuis receptionum ſo-  
lemnia, exemptionumque ac im-  
muni-

munitatum privilegia exhiberi tribu-  
 buique, ceu ex debito, postulent:  
 citra, quod ad Imperatorem & Im-  
 perium, aut ad Principem civita-  
 temve, in cujus territorio eadem  
 præstanda veniunt, requisitoriales,  
 aut fidei literas direxerint. Aut  
 unum, aut alterum fiat necesse  
 est, nisi minùs Imperium, quàm  
 regna & respublicas alias, inde-  
 pendentia jure gaudere, vesano  
 ausu quispiam asserere præsum-  
 pserit; Quapropter, cum ad Im-  
 peratorem & Imperium haud ali-  
 ter, quàm in Legationibus totum  
 Imperium, vel Reservata Impera-  
 toris jura concernentibus requisi-  
 toriales, aut fidei literas dirigi mo-  
 ris sit, in singulis verò territoriis  
 ipsis



ipfis territoriorum Dominis ea jura  
adscribenda sint, Principesque &  
Status eadem notoriè exerceant,  
ad Hos quoque tum credentiales,  
tum, si ablegati Ministri quâ Le-  
gati tantùm alicubi residere, & ex-  
emptionis, sacrorum, similibusque  
juribus perfrui velint, requisito-  
riales literas dirigendas esse, extra  
omnem controversiam esse existi-  
mo; adeò, ut si hoc officii Princeps  
aut Respublica exera prætermi-  
serit, Civitatibus Imperii Liberis  
infractio Juris Gentium imputari  
nequeat, si apud se consistenti Lega-  
to extero honores, sacra, inñunita-  
tesque & privilegia alia denegent.

Utuntur enim, quod sibi vigore  
Superioritatis competit, Gentium  
Jure,

Jure, vigore cujus in suis territoriis, quæ aliàs toti Imperio competere, jura exercent, eoque ipso Imperii non minùs Majestatem, quàm propriæ Superioritatis integritatem in tuto collocant, conservantque.

His ita pro temporis & instituti ratione breviter discussis ad ILLUSTRISSIMUM atque GENEROSISSIMUM DOMINUM Defendentem nostrum **CAROLUM S.R.I. Comitem de COLLOREDO** accedimus.

Natalem is colit diem 31. Julii 1718. haud procul *Pragâ* regiâ Regni Bohemiæ sede in terris hereditariis in lucem editus

Patre

Patre Illustrissimo atque  
 Excellentiss. D. HIERO-  
 NYMO S.R.I. Comite de  
 COLLOREDO &  
 WALDSEE, Vice-Comite  
 in Mels, Marchione de S.  
 Sophia, Domino heredita-  
 rio in Oppotschna, Sieben-  
 hürten, & Fœling, nec non  
 Staz in Austria, Supremo  
 Aulæ Regiæ Dapifero he-  
 reditario, Sacræ Cæsareæ  
 & Catholicæ Majestatis A-  
 ctuali Consiliario intimo, &  
 D Ca-

Camerario, ab an. 1719  
 ad usque in annum 1725  
 Ducatus & Urbis Medio-  
 lanensis Pro-Duce & Gu-  
 bernatore, inde vero Su-  
 premo Aulae Cæsareæ Ma-  
 reschallo, in eaque dignitate  
 an. 1726. piè defuncto;

Matre verò Illustrissimâ  
 atque Excellentissimâ JO-  
 HANNA CAROLINA,  
 Illustrissimi atque Excel-  
 lentissimi WENCESLAI  
 NORBERTI OCTAVIA-  
 NI KINSKY, S.R.I. Comi-  
 tis

tis de CHINIZ & Tettau  
*reliqua* (a), Filiâ, Matronâ omnibus  
 sui sexûs virtutibus instructissimâ,  
 Gentisque suæ Illustrissimæ nun-  
 quam intermorituro ornamento,  
 quam *Generosissimus noster* super-  
 stitem adhuc, sospitemque filiali  
 amore colit: Faxint superi diu! In-  
 clyta tam paterni, quàm materni  
 Generis decora, vetustatem, splen-  
 dorem, singulariaque prorsus in  
 Ecclesiam, ac Patriam merita vel  
 levidensi etiam penicillo adum-  
 brare, præsentis instituti ratio haud  
 patitur: siquidem vel sola Purpu-  
 ratorum Præfulum (b), Archi- &  
 D 2 Epi-

(a) Vide de eodem Articulum separatum in Lexico  
 Historico Tom. III. sub voce KINSKY.

(b) Confer. Lexic. Histor. sub voce COLLOREDO sepa-  
 ratum

Episcoporum, togatæ æquè ac sagatæ militiæ Heroum Illustria Nomina justo volumini implendo sufficerent; Illustrissimi tamen, atque Excellentissimi Domini RUDOLPHI S. R. I. Comitis de COLLOREDO & WALDSEE *reliqua* Sacræ Cæsareæ & Catholicæ Majestatis Consiliarii actualis intimi, Camerarii, nec non S. R. I. Vice-Cancellarii adjuncti &c., Fratris  
 Illu-

---

ratum Art. de LEANDRO S. R. I. Comite de COLLOREDO, S. Ecclesiæ Cardinali; quem INNOCENTIUM XI. moribundum adstantibus Cardinalibus pro dignissimo sui successore commendâsse ferunt, cujusque vitam duobus tomis in Italia editam nuper in novis literariis legimus.

Illuſtriſſimi Deſendentis noſtri Se-  
nioris: nec non Patruſi mater-  
ni, Illuſtriſſimi atque Excel-  
lentis. D. PHILIPPI JO-  
SEPHI KINSKY S. R. I.  
Comitis de Chiniz & Tet-  
tau, Domini hereditarii in  
Kaemniz, Schloniz & Po-  
ſtowiz, Regiæ Aulæ Regni  
Bohemiæ Præfecti heredi-  
tarii, S. Cæſar. & Cath. Ma-  
jeſtatis Conſiliarii actualis  
intimi, Camerarii, & Su-  
premi Regis Bohemiæ Can-

D 3

cel-

cellarii, Dominorum, Mecæ-  
 natum, ac Patronorum meorum  
 Gratiofissimorum Nomina silen-  
 tio prætermittere haud possum:  
 Tot, tamque eximia utriusque in  
 Imperium Patriamque merita ef-  
 fulgent, tantus in utroque enitet  
 literarum amor, in literatos gratia,  
 favorumque cumulus, ut ILLU-  
 STRISSIMORUM atque EXCELLENTIS-  
 SIMORUM NOMINUM non sine sum-  
 ma animi voluptate juxta ac vene-  
 ratione profundissimâ memoria  
 subeat.

Hoc igitur natalium splendore  
 coruscans *Illustrissimus noster* abso-  
 lutis in patria, nec non in Aula  
 Augustissima studiis humaniori-  
 bus



bus ac Philosophicis, prælibatisque etiam primis Jurisprudentiæ principiis an. 1738 ad nostram sese Musarum Sedem contulit, atque in studio juridico, me præcipuè Duce ac moderatore usus, sic ferè rationes iniit: ut in tribus Collegiis privatissimis, queis totidem per diem horas destinavit, in *una Institutiones Juris* ad ductum Celeberrimi HEINECCHII *Elementorum J. C. secundum ordinem Instit.* junctis Ejusdem Jcti consummatissimi *Historiâ Juris*, nec non *Antiquitatibus Juris Rom. juxta ordinem, seriemque Institutionum* explanatas acciperet; in *altera* verò *Historiæ Imperii Rom. Germ.* prima rudimenta ex ipsis fontibus, præ-  
lucen-

lucentibus potissimum Celeber.  
 MASCOVII *Geschichte der Deutschen /*  
 HAHNII *Reichs-Historie /* quousque  
 pertingit, nec non STRUVII *Cor-*  
*pore Historiæ Germanicæ*, atque,  
 quoad Statum Ecclesiæ præsertim,  
*Reverendis. Abbatibus FLEURY Hi-*  
*storiâ Ecclesiasticâ*, hauriret. In *ter-*  
*tia* verò Juris Naturalis & Gen-  
 tium, uti & Juris Publici universa-  
 lis doctrinâ, ac scientiâ solidâ ani-  
 mum imbueret. Quibus ad finem  
 perductis, institutionibus Pande-  
 ctæ ad ductum ejusdem Viri Ce-  
 leberrimi HEINECCII *Elemento-*  
*rum J. C. secundum ordinem pan-*  
*dect.* successerunt: Legum æni-  
 gmata perillustri SAMUELIS de COC-  
 CEJI *Jure Controverso* solventibus,  
 ad reso-

ad resolutiones autem, decisiones-  
 que casuum practicorum, nec non  
 usum & trituram fori manumdu-  
 centibus *Meditat.* LEYSERIANIS *ad*  
*pandectas* exquisitissimis, bonique  
 salis refertissimis. Juri porro pu-  
 blico universali, ceu fundamento  
 firmissimo, substravi Jus Publicum  
 Imp. Rom. Germ., prælucentibus  
 Celeber. MASCOVII *Princ. Juris Pu-*  
*blici*, subsidiaque subministranti-  
 bus partim opere majori PFEFFIN-  
 GERIANO ad VITRIARIUM, partim  
 STRUVII *Corpore Juris Publ.* tum  
 maximè verò ipsis Imp. Legibus  
 fundamentalibus, Instrumentis Pa-  
 cis Westph. & Capitulatione Cæ-  
 sareâ limpidos jurium Imperato-  
 ris & Statuum fontes aperienti-  
 bus.

E

bus.

bus. Historiam Imperialem subsecutum est Jus Feudale, sicuti Juri Publico Imp. R. G. Jus criminale ad ductum Viri Celeberr. PAULI KRESSII *Commentarii ad Carolinam* absolutissimi ex ordine successit; Ne verò ullam Jurisprudentiæ partem prætermitteret Illustrissimus Comes, haustis feudorum placitis jura quoque sacra ex Conciliis & Canonibus, ad usum præcipuè Ecclesiarum Germaniæ, ad normam laudati supra *Reverendiss. Abbatis FLEURY Institutionum Jur. Canon.* explanantem audivit Virum plurimum Reverendum atque Eximium CASPARUM BARTHEL Sacrorum Canonum P. P. & O. Collegam conjunctissimum, ac præprimis

mis honorandum : privatas repetitiones, atque exercitationes domesticas ne commemorem. Hoc ordine atque tramite solertiâ, industriâque indefessâ progressus quantum profecerit, facîle est ad conjectandum, & Testes Vos compello omnium ordinum Mecænates, Fautores, Commilitones, Civesque Academici honoratissimi, qui oppugnantem, disputantemque sæpius in Auditorio nostro Juridico, qui quæstiones difficillimas, nobilissimasque in exercitationibus domesticis velut ex tripode resolventem vidistis, atque auscultati estis ipsi; Quidquod Ipsi etiam Reverendis. atque Celsissimo Principi **FRI-  
DERICO CAROLO**, Patri Patriæ Clementissimo, Universitatis hujatis **STATORI LONGE MUNIFICENTISSIMO**, in colloquiis, quibus eundem dignatus est, frequentissimis, nec non coronâ Mensæ Principalis, exasciatam juris scientiam, profectus & studia non vice simplici probata dederit. Ex ungue igitur Leonem. Qualis aliquando in publicis

futurus sit negotiis, quàm strenuè Imperii, patriæque defensurus jura, quàm intrepidè suppressorum æquâ justitiæ administratione sublevaturus sortes ac fortunas; qualem denique in Actu solenni, quem ad diem hujus Mensis X fiximus, quoque *Elementa Juris Gentium* nuper à me conscripta, cum subjunctis Assertionibus XL ex jure vario disquisitioni publicæ ABSQUE PRÆSIDE exponet, semet sit exhibiturus Athletam, facili augurio divinabitis. Hunc itaque actum in Aulâ Majori Academicâ suscipiendum, ut præsentiam vestrâ ornetis, atque ILLUSTRISSIMI DOMINI DEFENDENTIS triumphæum Gloriæ plausibus vestris condecoratis, Vos Mecænates, Patroni, Fautores, Commilitones, Civesque Academici, eâ, quâ par est, humanitate rogo: ADESTE, FAVETE, PLAUDITE. Dabam Wirceburgi Die 6.


Septemb. 1740.




ULB Halle 3  
006 571 530  


VD 18









Gen. B. num. 12. C. 46. 96

10

# ACTUM SOLENNEM

QUO

ILLUSTRISSIMUS ATQUE GENEROSISSIMUS  
DOMINUS

CAROLUS S. R. I. COMES

DE COLLOREDO

1740, 1.

# ELEMENTA JURIS GENTIUM

CUM SUBNEXIS ASSERTIONIBUS EX JURE VARIO  
IN AULA MAJORE ACADEMICA  
ABSQUE PRÆSIDE

P 149

*Publica Disquisitioni expositurus est,  
Ad diem X. Septembris MDCCXL.*



INTIMAT,  
SIMULQUE

## DE LEGATORUM EXTERORUM

in Civitatibus Imperii Immed. ac Liberis

Residentium

### PRIVILEGIIS & JURIBUS,

*Quando, quatenusque eadem ipsis competant?*

DISSERIT

## JOANNES ADAMUS ICKSTATT,

U. J. D. Reverendis. ac Celsis. Principis Episcopi Bamberg.  
& Wirceburg. F. O. D. Consiliarius Aulic, nec non P. P. & O.  
FACULTATIS JURIDICÆ h. t. DECANUS.

WIRCEBURGI, Typis Joannis Jacobi Christophori Kleyer, Univ. Typogr.